FLAGELLVM

MEDICORVM ASTRONOMIÆ IMPERITORVM

SIVE DIES IVDITII

DE DIEBVS DECRETORIIS

OPVS TERTIVM.

A GALENO

PRÆCLARIS MEDICIS SCRIPTVM

Contra medicos vulgares ſtollidè Medicinam exercentes cuius doctrinæ nec verbum quidem intelligent, ita vt Medici nomine decorari non mereantur; tamquam Theoriæ & practicæ (ſecundum authores celeberrimos) inſcij.

Ce preſent liure eſt la Baſe de toute la Medecine, ſans l'intelligence duquel il eſt deffendu aux Medecins par les Loix diuines & humaines, de pratiquer ladite ſcience, ſous-peine de punition corporelle.

Par Meſſire I. B. DAMASCENE, Conſeiller du Roy en ſes Conſeils d'Eſtat, & Medecin ordinaire de ſadite Majeſté.

Secundum Seriem noſtram.

LIBER QVINTVS.



PARISIIS,
Apud Auctorem.

M. DC. LXIII.
AVEC PRIVILEGE DV ROY.



FACTVM,

DITTISSIMI GALLIARVM REGNI SVPREMÆ CVRIÆ

CONTRA MEDICOS ASTRONOMIÆ IGNAROS ET CÆLESTIBVS VIRTVTIBVS HAVD DEDITOS.



VSTITIAM virginem ensem dextera, lænaque libram tenentem (Amplissima & Integerrima Suprema Regni Presidum & Senatorum Cohors) *ceruleo amictu velatam, vitta oculos cinctam nostri voluere patres. Iustitiam inquam virginem, puram nempe, illæsam, immaculatam, intactam, inuiolatamque, ense bellico instrumento ad feriendum, & deffendendum; feriendum ad actiuum generis humani patrocinium, deffendendum ad criminum horrorem, condemnationem, & suppliciorum delictis respondentium retributionem; dextera partium integrantium necessaria ad certamen aptiori: læua libram sustinentem ad ciuilium & criminalium legum iustum seruandum pondus: Cæruleo amictu velata cum sit Diuina cælesti materia induta, & in nos de cælo adhuc prospicit. Vos huiusce virginis spiritu, mente, & genere nati vittam matri leuate vt sit in posterum oculata videreque incipiat. Commotam sciatis alias fuisse litem inter medicos vulgares, & pharmacopolas coram Vestra Suprema Curia, medicorum luporum rapacitatis causa cognita, iuditio iuridico ipsis contrario ignominiose subiecere, indignati diabolica suggestione sanguinis humani stragem in pharmacorum pharmacopolarumque abhominationem inuenere: quæ regno huic mortifera innouatio nemini pepercit, parcit, nec parcet & Sceptrum (nisi Vestra Sapientia, Prudentia, & Æquitate causam vestram publicamque deffendatis) Ligonibus æquali terreni spatio æquabunt. Tanti authorum studij ac laboris, seu malignitate detenti, fugitantes facilimam artis salubris methodum innouarunt. Toruo primumcapite ab ægro alibi oculos auerterunt hac illa supellectilia numerare cæperunt, pulsum pleno manus contactu, acuto ad inuicem digitorum sensu arteriam haud examinarunt, & si febris calore, vel frigore externo (secundum eorum communem artem) adfuerit mitendus est sanguis, fati, & turgentes materiæ in tribus ventriculis accensæ hepar exurentes reliquerunt; de he-*

pate in venas ignitos transferentes spiritus exardentes, irritata sanguinis missa, exausta thesauri ablatione natura, partes vexant animales, deliria in frenitidem sæpissime conuertuntur; iterum ipsi sanguinem minuunt cuique venæ fiat sectio, mandantes, qua ratione quia sic volumus, qua doctrina quia sic iubemus, non scientia ergo sed pro ratione eorum sufficiat carnificis voluntas; vlterius esse summum diuinumque remedium sanguinis detractionem asserunt: sed quo tempore, qua vena, qua quantitate, quo lunari influxu, & cæli benigno aspectu, vt vere proficua operetur. Ætas nonne consideranda? virium robur, naturalis corporis habitus, Regio, ægri consuetudo, modicauè an copiosa esse debeat sanguinis missio? post venam sectam ægrum non instruunt ne ambulet in aere turbido ac nebuloso, ne melancholicus effitiatur sanguis, & animus contristetur, sed fruatur aere claro lucido atque sereno & spiritus sic recreentur omnes; quiete & voluptate sit tranquillus, humores agitatos ne commoueat, vires custodiat, cibo potuque optimo vtatur ætati conueniente: nam infanti, puero, & seni phlebotomia prohibetur, ratio ob Lunæ vegetantis influxus in primis & ob Saturnum destructorem senilis prouectæque ætatis dominatorem. Adolescenti permittitur venereis comprimendis ignibus, iuueni, calores solaribus spiritibus adauctis mitigando conuenit, viro ob martis ignitam humorum intemperiem reprimendam. Non cæteris hoc remedium consuetum est (videte Sapientissimi) nec Grammaticam isti doctores sicophantæ didiscerunt, authores singulariter scripsere omnes, venæ sectio, sanguinis subtractio, venæ incisio, non sectiones, non venæ incisiones & non sanguinis substractiones; quando vero repetenda sit, sic dogmata reliquere omnes, reiteretur, bis extrahatur, vel ter sanguinem demite: corbos certe eos credidi, hirudines ipsos existimaui, lanios illos vidi atque carnificinam exercentes hos cognoui. Turcæ fortitudine incredibili præditi raro sanguinis missionem sufferunt. Græci teste Galeno quorum vnus maxima oculi inflammatione laborabat sanguinis libram extrahere iussit & sanatus fuit sed maxime fuit Galeno rigidum, itaut talem euacuationem magnam medicis testetur. Italia magnas sanguinis prohibet euacuationes, Hispania, Portugalia, Sabaudia, Germania superior & inferior, Gelria, Brabantia, Flandria, Zelandia, Hollandia, Frisia, Dania, Prussia, Holsatia, Saxonia, Bohemia, Silesia, Austria, Bauaria, Heluetia, Schlauonia, Hungaria, Transiluania, Polonia, Moscouia, Tartaria, Indiæ Orientales, & Occidentales, Persia, Ægyptus, Natolia, Barbaria, neque tam Barbaros prudexere medicos. Eos logicos esse Sophisticos suspicor semper in primo primæ figuræ modo argumentantes barbara scilicet

quia

quia barbara Doctrina, theoria, practica, actiones, & eorum consilia barbara methodo constant. America, Asia, Africa, Europa, insulæ omnes, terra, mare, stamna, fluuii, lacusque, & Orbis totus talia abhorret naturæ monstra; dicant aliqua rationi consentanea si poßint quia bruta & ferocia sunt, Angliam, Scotiam, & Hiberniam, edaces carnium regiones fertilitate omnibus animantibus munitas esse fama volat; neque ob sanguinis maximam secundum nostros idiotas, simulque vafros redundantiam; non nisi prudenter phlebotomia vtuntur. Galliarum Prouinciæ, precipue Montis Pessulani Academia insignis raro & sapienter ægrorum sanguinem proijcit. Quid inquam Parisiis duæ exercent Artem Apollinarem Academiæ, Parisiensis totum sanguinem extrahens. Monspeliensis vero modicam, & exiguam sanguinis quantitatem præscribens in eadem Regia vrbe scolæ medicæ antipaticæ & contrariæ. Sed si loqui liceat, equo semel vel bis sanguinem demit veterinarius, hoc ne fit? ob sanguinis humani minorem quantitatem, vel ob alimenti conuersionem in bruti substantiam modicam, vel immodicam, aut ob virium seruandarum robur? volunt Galliam tantum nimio alimentorum succo sanguine abundare, & cæteræ nationes in edacitatem, in ebrietatem & cætera vitia, sæpe ac sæpius incidunt nec venæ sectionem sustinent: veritas ergo patet, nec brutis, nec humanæ speciei sanguinis ablationem nisi cum formidine esse agendã. Quid magis ridiculum? omnes naturæ hostes confirmant morbos esse in sanguine, nil à veritate tam alienum, pituita à cerebri ventriculo defluens, rheuma, & omnes fluxiones oriuntur ne à sanguinis redundantia? omnes stomachi cruditates, putredines, & ventriculi corruptiones proueniunt ne à sanguinis copia? Omnes viscerum à materiis fæcalibus retentis inflamationes, à sanguinis quantitate, an causantur? omnes mesenterij biliosæ repletiones non à sanguine peccante sed ab humore recocto, nonne producuntur? Sic omnes morbi in neruos agentes, sic obstructiones lienis, sic epatis flammæ, sic pectoris oppreßiones, sic cardiacæ paßiones, & cætera à vaporibus fæcalibus, cor hepar, cerebrum, lien, stomachus, pulmo, renes, & reliquæ partes inficiuntur. Videte igitur Patriæ Patres quantum Reipublicæ intersit sapientem seruare medicum, Et ignaros in perpetuum exulare, presertim ignaros in hac de diebus decretoriis tam necessaria materia, super quam tota medicinæ machina voluitur, & reuoluitur: cuius Doctrinæ ignorantia totum genus humanum perdit, quia in morbi principio phlebotomia adhibetur, crudi adhuc sunt humores & cruda sectioni non obediunt, & incoctis humoribus venam secare non licet ne natura detrimentum patiatur, post temporis internallum phlebotomia repe-

tatur nutritione competenti, ne vires debilitentur si vero valens virtus sit ita vt sine noxia sanguinis missionem tolleret, & Ætas, Tempus, Regio, Canicula, Sol in Leone, Solstitia, Æquinoctia, & malorum Planetarũ apogea vitent. Sanguis enim insiti caloris fundamentum est: Cor spiritus generat & vbique eos defert, & sanguis eorum est pabulũ Docte à Galeno ipsis enunciatũ dicens: Anima est sanguis circa cor quo cessante vita cessat, materialis nempe, vegetabilis, & sensibilis, quia ex ipso corde vt materia natiuus calor gignitur, & per sanguinis subtractionem, calor qui materiam coquebat vacuatur, & in Lipothimiam conuertitur, ac morbus in longum protrahitur, virium robur deijcitur præcipue in senibus, quia in ipsis venæ sectio Epilepsiam Apoplexiam, & Paralisim gignit, ita vt Galenus contra Sanguinarios Medicos exclamet, in ægros quoque indignans dicens, qui in iuuentute frequenti phlebotomia vsi fuere in senectute deflebunt. Quanta dierum decretoriorum scientia perspicax, vtilis, & pernecessaria sit mirentur Reges, iudicent Magistratus, considerent sapientes quia non tam de sanguinis copia proiecta vel proiectura, sed de temporibus etiam incongruis in quibus venæ secantur malignis naturæque pernitiosis in diebus iudicatorijs loquor. Quod Medicinam sine hac prognosis diuina parte practicare non liceat, quis dubitat, nam quo fronte, qua conscientia, horum contemptores qua temeritate corpora humana misere excarnificata aspicient, & contemplabuntur. Iustinianus in lege Aquil. imperitia apud ipsum pro culpa adnumeratur dicens si medicus seruum tuum occiderit, quia male eum secuerit aut ei medicamentum dederit: quo respicit sanctum responsum, Vlpiani in lege 6. de Offic. Presid sicuti Medico imputari euentus mortalitatis non debet, ita quo l per imperitiam committit imputatur, prætextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis, in periculo hominis innoxium esse non debet, ex quo consequitur Medicum, hæc quæ à nullo solicito de vera & genuina restitutione sanitatis ignorantur, aut ignorari debent negligentem & contemnentem, si res male cadat, suæ temeritati Reipublicæ nocentissimæ imputare, & pæna conuenienti coerceri debere, & quid si dolose egisse cõpertum sit gladio vltore feriendus tamquam sicarius erit l. i de sicar. Si vero per imperitiam mactauerit ægrum. Tenetur const. Caroli Quinti Imperatoris artic, 134 quo casu communis Doctorum calculus eum arbitrio iudicis extra ordinem coercendi committit in l, perspiciendum. Quatuor autem concurere debent secundum Socinum in cap. tua nos n. 1. & 2. ext. de homicidio vt mors non imputetur medico. Primum est vt non excedat limi-

tes suæ professionis quia culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti text. in leg. culpa est de regul. iur. alterum vt sit peritus in arte quia imperitia culpæ adnumeratur text. in l. imperitia de regul. iuris tertium est vt sit diligens circa curam infirmi text. in cap. ad aures ext. de ætat. & qual. & c. final. de homicid. Quartum vt edoceat ægrotum de his quæ contraria sunt ægritudini suæ text. in d. ca. ad aures & d. ca. final extra de homicidio. Hoc ipso enim Medicus quod est Medicum offert, & obtrudit suam operam ægrotantibus & diligentiam exactissimam debet. Quomodo verò diligentissimi nomine compellandus qui in corpore humano tentat, quod ne quidem in Arbore, Sue, aut Hædo experiri vellet: ad capitalē certe pænam arbitrium iudicis iusti descendere debet, cum vita ægroti in oculis medici debeat esse prætiosa; vtpotè cuius curæ diligentiæ, & fidei commissa & concredita est, merito vero arbitrium iudicis liberum, æquum tamen ad hanc vsque pænam procedere potest, cum versetur in delicto morte digno: quo casu iudex vt arbiter salua religione, integra & illibata conscientia in sententia ad mortem peruenire potest. Marant. de ordine iudic. part. 4. disp. 1. n. 45. Telin. Decius & cæteri iuris consulti idem dicunt. Quomodo honorem perdiderunt scientiæ mendici videant? Artis diuinæ ignaros esse fateantur nihilque in mundo decoris aquirere præsumant? *Operibus alijs & hoc libro, dies indicij, inscripto præ ignorantia Rei à fructibus conuicti, à legibus condemnati, à iustitia deprehensi proprijs homicidijs patibulum congruens tremuli expectare coguntur. Quid dicam? ficta fiducia, conscientia erronea mendaces isti, etiam si diligenter ad salutem humanorum corporum hac Doctrina vti debeant teste scoto 2. senten. dist. 14. & Augustinus de Ancona, de potestate Ecclesi. q. 109. probant Medicos Astronomiæ ignaros peccare mortaliter, & alij quamplurimi Ecclesiæ Doctores affirmantes, vna cum Sacro Concilio Tridentino, his verbis permittantur iuditia, & naturales Astronomiæ obseruationes quæ Nauigationis, Agriculturæ, Medicinæque artis iuuandæ gratia conscripta sunt, quapropter huiusmodi cæli diuisio, primo, & principaliter ad basim & perfectionem nempe,* Alpha *&* Omega, *artis medicæ adinuenta fuit. Si iuris consulti concordes omnes, si Ecclesiæ Doctores in concilio vnanimiter eos damnent; doctrinam ostentent? si vero bene egisse blandientibus semetipsis videatur, quærant patronos, cuius doctrinæ vel artis medicæ partis professores declarentur? Theorici an practici, vel theorici simul & practici, sed vt Theorici caueant ne sustinere possint? quia tres medicinæ partes essentiales ignorant, diagnosticæ scilicet, prognosticæ, & cu-*

rationis : diagnosticæ nundum mixtorum temperamentorum stateræ iudicio pondus librarunt, normam naturæ ad hominem in facie legendum obiectum Phisicæ & Medicinæ naturale ac sanabile non callent; corporis humani compositio ipsos latet ex Hippocratis sententia, quæ foris pulcra intus quoque bona, & qualis efflorescit in cute talis in intimis visceribus latet humor. Facies bona in magnis morbis bonum. Faciei totius color alteratus laethalis. Faciei corruptela laethalis. Facies tetrica perniciem intentat. Vtrum oculi sint concaui terrestris temperamenti indices, nares vero acutae biliosi, collapsa tempora humidi radicalis consumptionem, frigidae aures & contractae caloris naturalis extinctionis, cutis dura intenta & resicata interni incendij, liuescens palpebra, labrum, aut nasus mortis propinquæ, quia in morbis acutis in primis ægroti facies consideranda, nam si præteritæ sanitatis consimilis, optima, si vero ab ea plurimum recedat, grauissimi periculi est iudex. Hæc ad diagnosim aquirendam, vt sint phisionomi idest diagnostici paucis dixi. Prognosticæ, vero non curabis morbum nisi cognoueris ipsum, principium nempe, augmentum, statum, & decrementum, dicendo tum præsentia, cognoscendo tum præterita, prædicendo tum futura ad prouidentiam sibi comparandam ægros vtique, longe, rectius conseruare debent vt maiori cum fiducia sese homines medico committere audeant, viriliter singulis morbis se opponant, vires remanentes perpendant, morbo superiores causas pandant, tum morituros, tum euasuros vbi prænouerint procul à culpa erunt, & merito vbique admirationem & existimationem sibi conciliati in arte diuini nomen obtinebunt. Curationis quomodo? si remediis vllis non vtantur si Hippocraticæ Artis cultores mentiuntur si dicantur; si Galenicæ falsum asserunt; si Chimicæ Theofrastum non norunt; si Impiricæ nullam experientiam edunt: si rusticæ herbas, stirpes, & plantas negligunt. Discite ergo iustitiam moniti vt dicam VESTRÆ AVTHORITATI *Beati qui custodiunt iudicium & faciunt iustitiam in omni tempore : alioquin mundus vult decipi decipiatur.*

AVGVSTISSIMI VESTRI SENATVS

Humil. Deuict. & cognitus seruus,
I. B. DAMASCENVS
Regis Medicus Ordinarius.

CL. GALENI DE DIEBVS DECRETORIIS, LIBER TERTIVS.

CAP. I.

QVI iam causas, cur non quilibet dies sint decretorij, considerare melius esse duxerit, is hæc sibi composita esse censeat. Et quidem inuentionis dierum decretoriorum principia ipsum fateri conuenit, quemadmodum superiore commentario dictum est. Sunt autem genere duplicia, nempe experimentum & ratio. *Experimentum sanè non omnes similiter dies de morbis decernere, euidens affert testimonium*: & quòd circuitus septimani validissima sint virtute præditi, post hos quaternarij: quidam verò extra hos coincidant: imo quòd nec omnes septimanæ inuicem separentur, sed aliquæ ipsarum etiam coniungantur, nec omnes quaternarij: sed horum aliqui separentur: aliqui coniungantur. Insuper quòd acutis morbis impari dierum numero; longis pari iudicia omnino accidant. Omnia huiusmodi quæ prius recensui, experientia satis approbat. Porrò causas horum ratione nobis indagantibus, duo prima omnium quæ

LIVRE TROISIEME DE GALIEN DES IOVRS CRITIQVES.

Chapitre 1.

CELVY qui aymera bien sçauoir les causes pourquoy tous les iours ne sont pas critiques, doit croire que ce Liure est composé pour luy, & il faut qu'il admette des principes pour pouuoir trouuer les iours critiques; Or il y en a de deux sortes, l'experience, & la raison. L'experience en effet nous donne vn témoignage euident, que tous les iours ne seruent pas également à porter iugement des maladies, & que les septenairs sont tres-puissans, par aprés, les quaternairs, & quelques autres suruenans; de mesme que tous les septenairs ne doiuent pas estre separés; mais quelques vns quelque fois vnis ensemble, & tout de mesme des quaternairs; quelques vns doiuent estre pris separement; & quelques-vns conjointement; de plus qu'on doit iuger des maladies aiguës par vn nombre impair; des longues au contraire, par vn nombre pair; l'experience prouue assez tout ce que ie viens de dire. Enfin, nous qui en voulons chercher soigneusement les causes par le raisonnement,

fiunt, primordia esse statuenda videntur: Inordinatum videlicet, quod ex hac mundi materia proficiscitur: *ordine verò ornatúque procedens, quod cœlestibus originem fert acceptam: omnia siquidem in hoc orbe ab illis decus, ornamentúmque capessunt.* Atque iam in his duobus principiis, omnium quæ ratione & experientia ipsa in diebus decretoriis intelliguntur, causas inuenire conabimur, hinc facto sermonis exordio.

deuons établir deux principes generaux: à sçauoir, vn déreglé qui prouient de la matiere de ce monde, & vn reglé qui prend son origine des corps celestes; car toutes choses dans cét vniuers en dependent dans leur disposition, & leur ornement: C'est pourquoy nous tâcherons maintenant de découurir, par le moyen de ces deux principes les causes de toutes les choses qu'on connoist des iours critiques par l'experience, & la raison; commençant par là nostre discours.

CAP. II.

OMNIVM *certe superiorum astrorum potentia fruimur: verum Sol maximè hunc orbem exornat, & concinne disponit: quippe veris, æstatis, autumni, & hyemis autor alius nemo extat:* nec alius tam manifesto vel ex terrestri fæce animalia generare potest, neque fruges maturare, neque ad coitum & generis propagationem animantia prouocare. *Magna sanè & Lunæ opera in hac rerum substantia apparent, verùm Solis effectibus posteriora. Etenim menses hæc perpetuo ordinat: idque euidenter adeò in marinis belluis:* quanquam & hoc ipsum Solis beneficio debet. Nouum enim lumen sortitur, quum Sole primum fruitur: tanta autem eius portio semper illucescit, quantam Sol aspicit: prorsus autem deficit, lucísque expers redditur, vbi

Chapitre II.

N*OVS ioüissons certainement de l'influence de tous les Astres superieurs, neantmoins c'est le Soleil qui embellit, & qui dispose si merueilleusement le monde, puis que c'est luy seul qui est l'Autheur, & le Maistre du Printemps, de l'Esté, de l'Automne, & de l'Hyuer, & qu'aucun autre n'engendre si manifestement les animaux de la corruption de la terre, ny ne meurit les fruits, ny n'excite les animaux à la propagation de l'espece. Nous voyons à la verité de grandes operations de la Lune dans ce monde elementaire: mais elles sont pourtant inferieures aux effets du Soleil. Car elle regle continuellement les mois, ce qui paroist euidemment dans les monstres Marins, quoy qu'elle donne cela mesme à la faueur du Soleil. Car elle prend vne nouuelle lumiere aux approches*

terra suo interuentu ipsam obtenebrarit. *Quopropter à solis recessu omnes mutationes sustinet. Etenim plena est quum diametra apparet.* Æqua portionne diuisa opposita appellatur ; quum quadrangula est: gibbosa, idem triangula: & falcatam speciem refert, sex angulis prædita. Atque tunc primum recens est, quum post Solis congressum apparet. Obscuratur omnino, quum Solis lumen circa eam emergit. Igitur fructus auget, incrassátque: animantia implet: ad hæc menstruorum statum tempus mulieribus conseruat. Item comitialium circuitus custodit, inde, quòd solis plus vel minus participat. *Omnia siquidem quæ facere nata est, vbi falcis figuram repræsentat, languida fiunt; inualescunt quum plena fuerit.* Quapropter & fruges interea adauget, & maturat celerrime: ferarum occisa corpora in tabem visu suo resoluit, somnóque sopitis sub eius lumine, vel aliter diutius immoratis, pallorem & capitis dolorem conciliat. Vt igitur luna solis auxilio in omnibus indiget, ita sol nihil vel maximi alterius cuiusdam astri, vel ipsius lunæ operam desiderat. A nullo enim impeditur, quo minus æstatem faciat, quum in vertice nostro constiterit: aut frigus adducat, si humilis eius cursus fuerit: aut æquinoctium, vtrun-

du Soleil, & est d'autant plus resplendissante qu'elle s'approche d'auantage de l'opposition, & est tout à fait dans la deffaillance de la lumiere, lors que la terre par son interposition l'obscurcit entieremẽt. C'est pourquoy, tous les changemẽs prouiennent de l'esloignement du Soleil. Car elle est dans son plein, lors qu'elle luy est diametralement opposée. Elle est à demy remplie de lumiere, & bossüe lors qu'elle est en quadrat, & en trine aspect; & courbée en faulx, lors qu'elle est dans le Sextil; Et elle est nouuelle, aprés la conionction du Soleil. Elle est tout à fait obscurcie, quand la lumiere du Soleil l'enuironne. Elle augmente donc les fruits, & les grossit, remplit les animaux, & regle les menstrües des femmes. Elle gouuerne encore les periodes du haut mal, de ce qu'elle participe plus, ou moins de la lumiere du Soleil; car tout ce qu'elle est capable de faire, est dans son croissant, & dans la vigueur de son plein. C'est pourquoy, pour lors elle agrandit les fruits, & les meurit promptemẽt, & reduit par son aspect en corruption les corps morts des bestes, & cause vne pasleur, & vne douleur de teste à ceux qui s'endorment à sa lumiere. Comme donc la lune a besoin dans toutes ses operations de l'assistance du Soleil, ainsi le Soleil n'a pas besoin, ny de la faueur de la Lune, ny de quelque autre

que constituat, quum modice obliquus videtur.

Astre plus grand. Car aucun ne peut empescher qu'il ne fasse l'Esté, lors qu'il est sur nostre teste, ou qu'il ne rameine l'Hyuer lors que sa course est basse, ou qu'il n'establisse l'equinoxe lors qu'il est oblique.

C A P. I I I.

SED ipse velut rex quispiam maximus est: Luna verò vt princeps non mediocris, inter illum & nos medius constitutus, terrestrem regionem merito gubernat, non potentia cæteros planetas, sed vicinitate exuperans. Huius rei gratia maximè frigus locum nostrum occupat, quum sol ad hyemalem plagam declinauerit: tunc calor nos exercet, vbi supra verticem nostrum, aut prope ipsum fertur. *Luna verò particulares cuiusque mensis dies disponit, paruæ mutationis facultatem habens, eámque non simpliciter ex se, verùm ex solis aspectu consequitur.* Vehementiores itaque mutationes eueniunt, vbi ipsa cum Sole coit: insuper in apparitionibus plenilunij, minores his contingunt, dum medio orbe apparet: obscuræ, dum curuata in cornua ac falcata videtur. Nam validissima eorum quæ prius erant, mutatio, coitu Lunæ, & dum obscurascit, committitur: quippe quæ prius apparebat, nunc nulli conspicitur. Dein diametra lunæ statio, tanquam distinguens eam, in binásque partes secans contra-

Chapitre III.

MAIS le Soleil est comme vn Roy tres-puissant, & la Lune comme vne grande Princesse qui tient le milieu entre luy & nous, & qui gouuerne iustement le monde, non pas qu'elle soit plus puissante que les autres Planettes; mais parce qu'elle est plus proche. C'est à cause de cela qu'vn grand froid occupe nostre Zenit, lors que le Soleil est dans son declin, & que le chaud nous tourmente lors qu'il est sur nostre teste, où fort proche. La Lune au contraire, regle en particulier tous les iours de chaque mois, ayant la puissance de quelque petit changement, non pas absolument, & proprement de soy; mais seulement de l'aspect du Soleil. C'est pourquoy il arriue des changemens plus violens lors qu'elle est en conionction auec le Soleil, & de plus dans les apparitiõs de son plain, & moindres lors qu'elle paroist à la moitié du cercle, & de tres-petits, lors qu'elle est dans son croissãt; car le changement le plus fort de tout ce qui estoit auparauant, se fait dans la conionction de la Lune, & dans son obscurcissement, parce qu'elle paroist auparauant, & maintenant elle n'est veuë

rias Lunæ eiuſdem diſpoſitiones, omnium eſt validiſſima : quòd verò diſpoſitio incrementum diminutioni maxime ſit contraria, verbis non indiget. Poſtea huius congreſſus, & apparitionis plenilunij duæ diuiſiones dichotomi medium vtraque ſecant, augmenti tempus prior, diminutionis altera. At omnium extremæ obſcuriſſimæque aëris nos ambientis conuerſiones in falcatis in curuíſque apparitionibus fiunt, magis autem in curuis : nulla ſiquidem in eis magna mutatio, ſicut falcatis apparet. Quare Aratus ipſas non ab re neglexit, tanquam obſcuras exiſtentes. *Conuenit autem eos laudare, qui de his ſcripſerint, tanquam ne vel minimum quidem omittentes.* At in plenilunijs conuerſiones, & his adhuc magis in congreſſibus proprium hoc præter cæteras habent. Illæ ſiquidem celerrimas ſtatim mutationes faciunt : Coitiones verò ſeu congreſſus, inæquales & diuturnas. Nam quid ante Lunam apparentem manifeſto pronuncies, non eſt. Longum autem hoc tempus occultationis eſt, integri ferè ſigni curſum explens. Porrò mutationem ex incremento ad diminutionem, punctum exacte definit : liquet autem hoc lunam quaſi momentaneo tempore pertranſire. *Ratione igitur breues plenilunij mutationes ſunt,*

veuë de perſonne. Par aprés l'oppoſition de la Lune, comme la diſtinguant, & la diuiſant en deux parties, eſt la plus puiſſante de toutes : il n'eſt pas neceſſaire d'expliquer que l'accroiſſement ſoit vne diſpoſition tout à fait cõtraire à la diminution. Aprés cela, deux diuiſions de ſa conionction, & de l'apparition en ſon plain, la partagent en deux quartiers : Le premier, dans le temps de ſon accroiſſement ; & l'autre, dans celuy de ſa diminution. Mais les plus grãdes, & plus obſcures conuerſions de l'air qui nous enuironne, arriuent dans le temps qu'elle s'approche au premier quadrat ou à ſon plain & les plus notables changemens ſe font dans l'augmentation, c'eſt pourquoy Aratus les a m'épriſées auec raiſon, comme obſcures. Il faut loüer ceux qui en ont écrit, comme n'obmettans pas la moindre choſe. Or les conuerſions qui ſe font dans le plein de la Lune, ou dans ſes conionctions, ont cela de particulier par deſſus les autres, que celles là font de tres-prompts changemens, & les cõionctions, de longs & d'inegaux : car que pouuez-vous aſſeurer manifeſtemẽt auant l'apparition de la Lune, elle eſt long-temps cachée preſque pendant le cours d'vn ſigne entier. Enfin, le poinct definit exactement le changement de l'accroiſſement, iuſqu'à la diminution, or il eſt euident que la Lune le paſſe quaſi dans vn moment. Les muta-

diuturnæ, coniunctionales. Nam occultationis tempus sibi ipsi simile est: quod prima apparitio habet, occultationi vicinum est, tum propter plenilunij particulæ apparentis paruitatem, tum ob luminis obscuritatem, & breuitatem temporis, quo supra terram fertur.

tions donc de la pleine Lune sont courtes, selon la raison, & celles de sa conionction, longues. Car le temps de son deffaut est égal à soy mesme; ce que la premiere apparition à, s'approche de l'occultation, tant à cause de la petitesse de la particule qui paroist de la pleine Lune, qu'à cause de l'obscurité de la lumiere, & de la briefueté du temps qu'elle roule sur la terre.

CAP. IV.

T*VTA igitur crisis euadet,* quando in toto mense status secundo die fiet, quo primo & manifesto Luna, & longo satis tempore super terram iam apparet, & lumen sensibile de se mittit, ad hæc vmbram euidenter ostendit. Primus autem dies tandiu lunam supra terram vagantem habet, quandiu adhuc Solis etiam lumen post occasum retinet. Quare in hoc Luna simul cum Sole occidit: subinde verò & prior est occidua, & secundo die primum elucescit: nunc minus, nunc magis apparet. Atque hoc ei accidit longitudine à Sole recessus, qui ob peculiarem Lunæ motum fit. Non enim ex æquo semper mouetur, tum propter latitudinis immutationem, tum propter signorum occasum non æquali tempore euenientem, insuper ob præteriti congressus tempus. Vnde non semper vnum tempus est, quo clare Luna con-

Chapitre IV.

L*A crise sera donc asseurée, lors que dans tout le mois l'effet se fera au second iour, auquel la Lune commencera à paroistre longuemẽt, & manifestement; & qu'elle répandra vne lumiere si sensible, qu'elle formera des ombres euidemment. Or le premier iour possedera aussi long-temps le clair de la Lune, qu'il retient la lumiere du Soleil encore aprés son coucher. C'est pourquoy dans celuy-là, la Lune se couche aussi-tost que le Soleil, par aprés elle se couche plûtost, & se leue plûtost le second iour: elle paroist tantost plus, tantost moins. Ce qui luy arriue à cause du plus long éloignement du Soleil, qui se fait à cause du mouuement particulier de la Lune. Car elle ne marche pas tousiours également, tant à cause du changement de la latitude, qu'à cause de l'occident des signes qui n'arriue pas dans vn mesme temps, & de plus encore, à cause du temps de sa conionction passée. D'où vient que la Lune ne paroist*

ſpicitur : plerumque triduo in coitu Solis remorata, planè inuiſibilis eſt, quo nondum hæc terrena immutare poteſt. Et quodam modo tempus tum peculiaris eius circuitus tũ in nos actiones in idẽ recidit etenim vicenis diebus ſeptenisque & tertia ferè diei parte peragitur. In tanto enim tempore totũ ſigniferi circulum percurrit. At quòd is circuitus, quo nobis luceſcit, eidem quoque numero conueniat, perſpicue ſanè intelliges, ſi occultationis tempus ex toto menſtruo tempore eximas. Quòd autem menſtruum tempus non omnino triginta diebus conſtat, ſed minus vnius diei ferè dimidio, Hipparcus integro vno libro demonſtrauit. Quin & vulgus propè vniuerſum nouit menſium alium, quem Magi nominant, quaſi mutilum & imperfectum dies viginti nouem obtinere: alium, nempe abſolutum, triginta. Nam vniuerſos vtrorumque dies quinquagintanouem eſſe oportet: ſiquidem vterque omnino triginta, minus dimidia diei parte continet.

pas clairement touſiours dans vn meſme temps: s'arreſtãt quelque-fois trois iours dans la conionction du Soleil, elle eſt tout à fait inuiſible, tellement qu'elle ne peut cauſer aucun changement dans ces choſes terreſtres Et en quelque façon le temps, tant de ſon particulier circuit, que de ſon operation, ſur nous reuient à la meſme choſe; car elle acheue ſon tour en vingt-ſept iours & demy, car dans ce temps elle parcourt tout le Zodiaque. Et que ce circuit pendãt lequel elle nous éclaire, s'accorde auec ce meſme nombre, vous le connoiſtreZ clairement, ſi vous eſtes le temps de ſon occultation, de celuy d'vn mois entier, or que le mois ne ſoit pas tout à fait compoſé de trente iours, & qu'il s'en manque preſque la moitié d'vn iour, Hipparque la montre dans vn Liure entier. Et meſme preſque tout le vulgaire ſcait qu'il y a vn mois imparfait de vingt-neuf iours, & vn autre parfait de trente, qui pris tous enſemble, font cinquante-neuf iours, & ainſi chaque mois eſt compoſé de vingt-neuf iours, & demy.

CAP. V.

QVemadmodum igitur annum integrum Sol abſoluit, ita Luna menſem, immutatione per ſeptimanas ei accidente. Nam vtrunque tempus, & quo poſt primam apparitionem in medium orbem accreſcit, & quo

Chapitre V.

COmme le Soleil donc accomplit l'année, ainſi la Lune acheue le mois, en ſe changeant toutes les ſepmaines; car elle eſt ſept iours dãs ſon croiſſant, aprés auoir eſté nouuelle, & tout autant pour arriuer à ſon plein, & ainſi en tout elle em-

inde plenam efficit, septem diebus absoluitur: ambo quatuordecim. Simili modo si inde, quum æquali portione diuisa est, ad secundam diuisionem eiusmodi rationem subduxeris, & hos dies reliquósque, quum planè ab oculis Luna declinata est, septem inuenies. Cæterùm aërem nos ambientem magnas afferre mutationes, dum Luna primum occultatur, & rursus primum apparet, nemo mortalium ignorat: maxime ii, quibus hoc studij est, *agricolæ & nautæ, qui statum aëris tunc vocant, quum Luna primum apparens, vento cuipiam opponitur.* Quamobrem Aratus verissime scribit de Luna, vbi primum post coitionem apparuerit, hoc modo inquiens:

Cynthia si cornu, quod se sustollit in altum,
Incuruum specie velut annuat, adfore cælo
Sæua procellosi prædicet flabra Aquilonis,
Rursus eò veniet pluuius Notus, hanc vbi partem
Ponè supinari conspexeris, inque recliuem
Sponte habitum: aut si lumen tertius ortus,
Proferat, atque deæ conuoluat circulus oras,
Suffusus rutilo, mox tempestate sonora,
Spumosum latè pelagus canescere cernes,

ployé quatorze iours. Tout de mesme si vous y prenez garde, elle se diuise dans vne égale portion de lumiere dans sept iours, & dans tout autant elle tombe en declin, & ne paroit point. Au reste il n'y a personne qui ne sçache qu'elle cause de grands changemens dans l'air qui nous enuironne, lors qu'elle est dans le dernier declin de sa lumiere, & dans sa premiere apparition. Sur tout les laboureurs, & les nautonniers remarquent cela, que le temps est inconstant, & sujet à des vents contraires, lors qu'elle cõmence d'estre nouuelle; c'est pourquoy Aratus dit tres-vray, que la Lune aprés sa conionction commençant à paroistre, si son croissant qui s'eleue tousiours, semble se courber; nous prognostique des souffles orageux du vent de Septentrion; mais si vous remarquez qu'elle le rabaisse tout à fait, le vent de midy suruenãt apportera de grandes pluyes; & si elle commence de repandre sa lumiere dans son troisiéme iour, & qu'elle paroisse tout entourée d'vn petit cercle éclatant, vous verrez bien-tost qu'vne tempeste furieuse s'eleuera, & que la mer irritée écumera de rage. Et encore dit il, dans ce mesme liure; ces signes remarquez ne vous découuriront pas l'estat d'vn iour: mais les marques que la troisiéme nuict, elle montrera par son nouueau mouuement, où la quatriéme, en remplissant par son éleuation son visage à demy, dureront

Non vnum deprehensa diem tibi signa loquuntur.
Sed quæ signa nouo dederit nox tertia motu.
Quartàve sustollit medios dum Cynthia vultus,
Durabunt cœlo: medio quæ edixerit ore.
Altera prouisæ ijs signantur tempora Lunæ.
Illa dehinc donec germani luminis ignis.
Accedat Phœbæ, mensis postrema notabunt.

Non ad omne tempus, quod ab initio fuit, primæ apparitionis signa sufficere confirmat: sed plenilunium, eiúsque dimidium mutationes quasdam afferre. Cæterùm omnis velox mutatio, crisis appellatur, & constitutionem lunæ, dum effigiem falcatam maxime repræsentat, dicunt: deinde ad plenilunium similiter transferunt, vocantes. Hoc enim validas vires occupat: verùm semilunaris statio imbecillior eo est: & si hæc quoque de aëre decernat. Quare mensem à luna immutari secundum septimanas, iam est perspicuum. Quod autem aliæ res vniuersæ inde quoque mutantur, id omnibus non perinde constat, sed iis qui huiusmodi accurate obseruarint, in confesso sunt. Ad hæc post seminis conceptionem omnis impraegnatio. Insuper nihilominus hac &

rum in diebus imparibus iudicium contingit, in his enim & accessiones sunt. Quæ igitur causa sit, ob quam in acutis morbis tertio quoque die plurimum accessiones quoque fiant, in longis autem vel quotidie vel quarto: non promptum est inuenire, nec in præsentia disquirere necessarium. Quòd verò sic eueniunt, oculis vsurpare licet. Si enim ponamus vt etiam apparent, secunda ab initio accessio ad tertium diem delabetur, tertia ad quintum, quarta ad septimum, quinta ad nonum. Omnes autem in imparibus fiunt. Quum ergo natura non conuenienti semper tempore de morbis decernat, sed concitata plerumque aliàs ab aliis causis, à quibus accessio in morbis acutis maximè continua redditur (ostensa verò hæc est in impares incidere) in imparibus plurima acutorum morborum iudicia fieri ratio est. At dies ipsi primariam decernendi virtutem non habent (semper enim huic animum adhibere oportet) sed per accidens aliquod sic eueniunt. Prædixit manifesto iam hoc accidens, siquidem ratione qua morborum iudicia frequenter in accessionibus accidunt, hæ autem in dies impares incidunt: eadem in morbis acutis imparibus diebus indicia contingunt. At si dierum numerus ipse decernendi facul-

D'où vient que les iours impairs iugent des maladies violentes; parceque les accez arriuent dans ces iours-là: pourquoy est-ce donc que les accez arriuent le troisiéme iour dans les maladies aigües; & tous les iours, où le quatriéme dans les longues; il n'est pas facile d'en trouuer la raison, n'y necessaire presentement de la chercher. Mais que cela arriue de la sorte, on le peut voir par experience; que si nous l'admettons comme il paroist; le second accez aprés le premier, tombera dans le troisiéme iour, le troisiéme iour dans le cinquiéme, le quatriéme, au septiéme, & le cinquiéme, au neufiéme, car tous arriuent dans les impairs. Puis donc que la nature ne donne pas tousiours son iugement des maladies, dans vn temps conuenable, mais souuent estant excitée autremẽt par d'autres causes, qui rendent les accez continus dans les maladies aigües (qui arriuent comme nous auons monstré dans les iours impairs) il faut qu'on tire plusieurs iugemens des maladies aigües, dans les iours impairs. Mais les iours n'ont pas cette premiere vertu de donner des iugemens (car il faut obseruer tousiours cela) mais par accident cela arriue quelquefois, ainsi les accidens ont clairement prognostiqué cela; car par la mesme raison que les iugemẽs des maladies arriuent souuent dans les accez, qui tombent dans les iours impairs, les mesmes arriuent aussi dans les iours

tatem haberet, non frequenter diebus imparibus, rarò paribus, verum perpetuò imparibus, nunquam paribus de acutis morbis iudicium fieri oporteret. Neque enim septimi, vel quarti numerus crisis autor est: *sed quòd Luna innouante & terrena immutante, motuum quoque circuitus ad hos principes numeros venire contingat, merito in ipsis tanquam stata alterationum tempora inueniuntur. Quippe mutationes non numeris, sed Lunæ terrena debent: at quum id quod mutat, in motu consistat, tempus mutationibus necessariò coniunctum est: quare necessariò & numerus.* Non igitur quòd omnis par numerus fœminam, impar masculum referat, acutorum iudicia imparibus diebus accidunt, neque enim impar absolute pari fortior est: neque si fortior iam fœmininus imbecillior: neque acutos morbos in masculis numeris iudicari, diuturnos in fœmininis, rationi consentaneum est. Omnia siquidem quæ de numerorum virtute nugantur, tam facile absurda esse deprehendimus, vt mihi subinde mirari subeat Pytagoram illum tum sapientem virum numeris tantum tribuisse. Atqui nunc aduersus ipsos garrire non vacat. Nam satis est ad rem institutam, *terrena Lunam immutare, & in septimanis potissimum magnas parere mutatio-*

impairs, dans les maladies aiguës. Mais si le nombre des iours auoit la vertu de iuger, le iugement des maladies aiguës se deuroit faire; non seulement fort souuent dans les impairs, rarement dans les pairs; mais encore tousiours dans les impairs, & iamais dans les pairs. Car le nombre de sept, ou de quatre, n'est pas autheur de la crise: Mais il se rencontre quelques certains temps determinez pour les alterations, parce que la Lune renouuellant, & changeant toutes les choses de la terre, les circuits de ses mouuemens arriuent d'ordinaire à ces iours principaux: car les choses terrestres doiuent leurs changemens à la Lune, & non pas aux nombres, parce que ce qui se change consiste dans le mouuement, le temps se trouue ioint necessairement aux changemens, & le nombre aussi par consequent. Les iugemens donc des maladies aigües n'arriuent pas dans les iours impairs, parce que tout nombre pair est feminin, & l'impair masculin; car l'impair n'est pas absolument plus puissant que le pair, ny s'il est plus puissant, le feminin n'est pas pour cela plus impuissant, ny n'est pas fort conforme à la raison qu'il faille iuger des maladies aigües dans les masculins, & des longues dans les feminins. Car tout ce qu'on dit de la vertu des nombres me paroist d'abort si ridicule, que ie ne puis assez admirer qu'vn homme si sage comme Pythagore, ait attribué tant

diebus coincidentibus abunde dictum est.

surpassent ses forces, le malade surviura tout autant de temps que la nature pourra subsister, mais il moura pourtant par aprés. Maintenãt nous auons parlé assez abondamment des iours coincidents.

CAP. IX.

CVR autem & vigesimus, & vigesimus primus, multò magis vigesimus decernit, explicabo. Primum, quoniam huiusmodi morbus diuturnus iam est, & paribus diebus accessiones fiunt: deinde quòd septimana non integris septem diebus constet, veluti prius expositum est. Nouit hoc quoque Hippocrates, sic in opere Prognostico inquiens: Hæ igitur accessiones per quatuor in viginti auctæ, finiuntur. His subiungit. Verùm huiusmodi supputatio per integros dies nimirum fieri non potest: quippe quum nec annus, nec menses ipsi integris diebus numerentur. Nam vt annus ad trecentos sexaginta quinque dies particulam diei maiorem quarta adiectam habet, tum mensis ad triginta dies absoluendos vnius dimidium desiderat: sic & septimana sexta maximè diei parte, vt septem integros habeat indiget. Quamobrem tres septimanæ non vnum & viginti dies integros, sed minus fere vnius tota dimidia parte consequuntur. Ob quod etiam numerum huiusmodi non magis

Chapitre IX.

I'Expliqueray presentement pourquoy le vingtiéme, & le vingt-vn, mais sur tout, plus le vingtiéme est critique. Premierement, parce que cette maladie est déja longue, & que les accez se font dans les iours pairs, par aprés, parce que la sepmaine lunaire n'est pas composée de sept iours entiers, comme nous auons dit auparauant: Hippocrate à eu connoissance de cette verité, parlant ainsi dans son pronostic. Ces accez donc augmentez par quatre, iusqu'à vingt, se terminent, & il adiouste par aprés, mais cette supputation ne se peut pas faire par des iours entiers, puis que ny les années, ny les mois, ne sont pas accomplis par des iours entiers. Car tout de mesme que l'année à plus d'vne quatriéme partie d'vn iour, adioustée aux trois cens soixante-cinq iours, & que le mois à besoin d'vn demy iour pour en auoir trente accomplis, ainsi il manque à la sepmaine la sixiéme partie d'vn iour pour en auoir sept entiers. C'est pourquoy trois sepmaines n'ont pas vingt-vn iour entierement, car il s'en faut presque demy iour. Ainsi ce nombre approchant tout autant de vingt, que de vingt-vn, il conuient

uiginti, quàm vni & uiginti diebus vicinum, vtrique parti conuenire videas. *Nam quum totus lunaris circuitus septem & uiginti diebus adhuc tertia vnius parte absoluatur, ideóque septimana quælibet septem diebus minus sextante constet: tres septimanæ uiginti dies, & dimidium habebunt.* Quoniam igitur vigesimus exactam periodum propinquam sibi vendicat, tales iam morbi inueterascunt, & accessiones paribus diebus accipiunt. Quorum autem accessiones in imparibus eueniunt, horum, & iudicia ad uigesimum primum delabuntur. *Non solum autem Lunæ circuitus, sed menstruum etiam tempus apparitionis, virtutem quandam in nos possidet, vti prius docuimus. Hic etenim signiferi circuitus suis cuiusque rei principiis maxime proprius est, & menstruale tempus quo luna conspicitur, & ambientem nos aerem immutans, omnibus ex æquo hominibus communem effectum ostendit.* Demonstratum est, & hoc tempus viginti & septem dies propemodum necessario continere: ideóque septimana eius minor adhuc prius dicta merito euadet. Siue enim à triginta, tres illos coitionis dies in quibus nihil de aëre decernitur auferre cogites, siue à viginti nouem & dimidio, reliquum tempus quo Luna manifestum de se lumen præbet, priore modo se-

& s'attribue également à l'vn & à l'autre. Car puis que le circuit lunaire est composé de vingt-sept iours, & vn tiers, chaque sepmaine ne doit auoir que sept iours moins vne sixiéme partie, & trois sepmaines, que vingt iours & demy. Parce donc que le vingtiéme obtient vne periode proche, telles maladies s'inueterent, & les accez se font dans les iours pairs; mais de celles dont les accez viennent dans les impairs, les crises tombent dans le vingt-vn. Or non seulement le circuit de la Lune, mais encore le temps menstrual de l'aparition à quelque puissance sur nous, comme nous auons enseigné auparauãt. Car ce circuit du Zodiaque est fort conuenable aux principes de chaque chose, & le temps menstrual aussi, pendant lequel la Lune paroist changeante, l'air qui nous enuironne produit esgalement vn commun effet à l'endroit de tous les hommes; nous auons monstré que ce tẽps contient necessairement presque vingt-sept iours, c'est pourquoy sa sepmaine deuiendra iustement plus petite que la precedente, car soit que vous ostiez des trente, trois iours de sa conionction, pendant lesquels on ne peut pas iuger de l'air, soit que des vingt-neuf & demy, vous ostiez le reste du temps qu'elle répand sa lumiere ouuertement, il aura de la premiere façon vingt-sept iours, & de l'autre vingt-six & demy. Parce que nous auons donques dit, qu'il

ptem & viginti dies, altero viginti sex & dimidium habebit. Quoniam ergo mutationes corporibus nostris accidere diximus, quasdam proprias, quasdam communes proprias, quæ tanquam ad propria principia spectent: communes, quæ ad communem ambientis vsum, *ad eundem modum vtrosque Lunæ circuitus fieri contingit, & communes propriis paulò breuiores esse.* Atque sic iam ex septimanæ numero quippiam auferetur. Nam si propriæ communis admisceatur, sitque paulò diuturnior, ita quoque septimanam imminui, & velut in medio quodam propriæ & communis consistere necesse est. *Voco autem propriam, quæ ex signiferi circuitu proficiscitur, nam is cuique nostrum virtutem affert:* communem ex menstruo tempore ortam, quam supra recensui nequaquam septem & viginti dierum esse. Nam si à menstruali tempore exacto, quod ad triginta dies integros vnius dimidium maxime requirere dicebatur, tres coitus dies ademeris, reliqui videlicet viginti septem minus diei dimidio erunt. Itaque hoc tempus non menstruale totum in septimanas diuiditur Quare commune tempus septimanæ, quod aërem immutat, singulis proprio minus erit: quanquam & hoc virtutem habere dicebatur, ideòque

arriue à nos corps des changemens, quelques vns communs; quelques-vns particuliers propres qui leur appartiennent cõme à leurs propres principes; communs qui appartiennent à l'vsage commun de l'air qui nous enuironne, il arriue que les vns, & les autres circuits de la Lune se font de la mesme façon, & que les communs sont vn peu plus courts que les propres. Et ainsi on ostera quelque chose du nombre de la sepmaine: car si le commun se ioint au propre, & qu'il soit vn peu plus long, il faut que la semaine soit diminuée, & qu'elle consiste dans vn certain milieu du propre, & du commun. I'appelle propre, celuy qui prouient du circuit du Zodiaque, car il apporte de la vertu à chacun de nous, & commun celuy qui prouient du temps menstrual que i'ay dit auparauãt n'estre pas de vingt-sept iours; car si vous ostez du temps menstrual qui a besoin de la moitié d'vn iour pour en auoir trente entiers, trois iours de conionction, il ne restera que vingt-six iours & demy, c'est pourquoy ce temps non menstrual est tout diuisé en trois sepmaines ce pour cela que le cõmun tẽps de la sepmaine qui change l'air, est moindre que le propre, bien que nous disions qu'il auoit de la puissance, ainsi il estoit quelque chose du tẽps de l'autre sepmaine, & le tẽps mitoyen de l'vn & l'autre qui est comme composé de leur meslange, diminue plus de la sixiéme

nonnihil ex alterius ſeptimanæ tempore auferre, & medium vtriuſque tempus, quod velut mixtum ex eis eſt, plus ſexta parte ſeptimanæ demat. Quapropter exactam vel mixturam, vel ablationẽ Deus tantùm nouit. Quantum verò humanæ coniecturæ indipiſci licet, præſtat circuitum earum communem medium inter vtraſque collocari. Quum ergo apparitionis manifeſtæ & efficacis tempus ſit dies vigeſimusſextus & dimidius, ſigniferi verò circuitus expleant vigintiſeptem dies cum tertia vnius parte, liquet medium ipſorũ fore vigeſimumſextum diem, ad hæc dimidium, & tertiam maxime & duodecimam vnius diei dimidij partem. Siquidem vbi vtraque tempora coniunxeris, & dimidium acceperis, medium ipſum inuenies. At hoc tempus medium à vigintiſeptem diebus duodecima maxime vnius diei parte deficit: quia ſi in quatuor ipſum diuidas, exactum ſeptimanæ tempus offendes: non ſexta modò diei parte, ſed etiam maiore indigens. Sumatur enim ex vigintiſex diebus & dimidio pars quarta; & ex vnius diei tertia, & duodecima: erit autem tempus dierum ſex: dimidij quinta pars, & particulis aliis minoribus inſuper adiectis quæ ſunt ſexageſimaprima, dein centeſima vigeſima, ducenteſima

partie de la ſemaine. C'eſt pourquoy Dieu ſeul connoiſt exactement le meſlange & la ſouſtraction; mais autant qu'il eſt permis à la coniecture humaine de s'eleuer. Il eſt mieux que leur circuit commun ſoit placé dans le milieu. Puis donc que le vingt-ſixiéme & demy eſt le temps d'vne manifeſte, & efficace apparition, & que vingt-ſept iours, auec la troiſiéme partie d'vn iour, accompliſſent le circuit du Zodiaque, il eſt tres euident que le mitoyen eſt le vingt-ſixiéme auec vn demy, & vne troiſiéme, & douziéme partie d'vn demy iour; car quand vous aurez ioint l'vn & l'autre temps, & que vous en prendrez la moitié, vous trouuerez le milieu. Mais ce temps mitoyen n'a pas vingt-ſept iours, car il s'en faut la douziéme partie d'vn iour: parceque ſi vous le diuiſiez en quartiers, vous trouuerez le temps complet de la ſemaine, excepté la ſixiéme partie d'vn iour. Car qu'on prenne le quart de vingt-ſix iours & demy, & vne troiſiéme, & douziéme partie d'vn iour. Il y aura en tout ſix iours, & la cinquiéme partie d'vn demy, & d'autres petites parties qui ſont la ſoixante-vniéme, par aprés la cent vingtiéme, deux cent quarantiéme. C'eſt à dire que ce temps ſera de ſix iours & demy, auec la ſixiéme partie d'vn iour, & le vingt-quatriéme, & quarente-huictiéme. Il s'en faut donc, qu'il ne ſoit de ſept iours entiers,

quadragesima. Idem tempus & hoc diei possit dierum sex, & dimidij, & sextæ partis diei, & vigesimæ quartæ, & quadragesimæ octauæ. Abest autem huiusmodi tempus à septem diebus vnius diei quadrans, & si exacte computes, sexagesima parte, centesima vigesima & ducentesima quadragesima. Quæ quum ita se habeant, tres septimanæ viginti diebus, & sexta vnius diei parte comprehendentur. Proinde si hunc in modum exacte rationem ineamus, trium septimanarum numerus paululum viginti dies excedet, atque his multo magis, quàm viginti & vni erit proprius. Iam sanè ostendi secundum rerum veritatem & Hippocratis sententiam quod nihil horum supputari potest per dies integros, hoc est absolute, citráque fracturam: neque septimana, neque quaternio, neque mensis neque annus, neque aliud quiduis omnium.

tiers, vne quatriéme partie d'vn iour, & si vous comptez exactement, vne soixantiéme partie, vne cent vingtiéme, & deux cents quarantiéme. Cela estant ainsi trois sepmaines, ne comprendront que vingt iours, & la sixiéme partie d'vn iour. Ainsi si nous comptons exactement trois sepmaines, excederont vingt iours; mais le nombre de leurs iours sera plus proche du vingtiéme, que du vingt-vniéme: I'ay donc maintenant assez monstré selon la verité des choses, & le sentiment d'Hippocrate, que ny la sepmaine, ny le quartier, ny le mois, ny l'année, ne peuuent pas estre absolumẽt supputez par des iours entiers sans fraction.

CAP. X.

QVI iam disputationis huius subtilitati succenset, ac difficilem eam existimat, hunc nemo ipsam addiscere cogit: *verum primus huius operis liber ei sufficit. Quod si non laboris fugitantior sit, secundum quoque adiiciat, à tertio autem abstineat.* Nos siquidem hæc paucis planè, iisque inuitò scripsisse affirmamus. Vos ô dij immortales nouistis, vos in testimonium voco hæc me amicorum quorumdam precibus vehementer adactum, scriptis mandasse.

Chapitre X.

PErsonne n'oblige celuy qui trouue cette dispute trop subtile & difficile pour luy, de l'apprendre; mais qu'il se contente du premier Liure des iours critiques, & s'il ne fuit pas le trauail qu'il étudie encore le second, mais qu'il s'abstienne du troisiéme. Car ie vous asseure que i'ay écrit cecy briefuemẽt, & malgré ceux qui ne sont pas Astronomes. Vous Dieux immortels, vous m'estes témoins comme ie donne cecy au iour, forcé par les prieres de mes amis: car ie serois fol de croire que

Nam stulti nimirum essemus, si huiusmodi sermonem vulgo conuenire arbitremur.

CAP. XI.

QVoniam illi vnionem parentis expertem, dualitatem numerum inaudire suauius est: & alia ratione vnitatem formam esse, dualitatem materiam infinitam: deinde trinitatem absolutam harmoniam, vel perfectum numerum & primum aut solidum, aut planum. Quicquid enim ipsis in os venerit effutiunt: & Mineruam aliquem numerum appellant, alterum Dianam, alium Appolinem. Quemadmodum igitur hoc non ignoramus, ita dicere dedignamur: quum nullam demonstrationem scientificam huiusmodi placitis adducere nequeamus. Et amicis frequenter ipsa re ostendimus, huiusmodi frigidis sermonibus vtenti, siue quemlibet numerum laudare siue reprehendere voluerit, procliue esse. Nam eo stupiditatis veniunt, qui huiusmodi nugantur, vt quum vel de septimana, vel de alio quouis dixerint, non contenti solis huiusmodi ineptiis addant. Pleiadas septem & vtranque Vrsam, septistellam: etenim sic nominant. Imo & Thebarum, quasi dicas septiportarum meminerunt, videlicet septem portarum quæ sunt Thebis. At quid ad rem propositam

cette haute Doctrine soit conuenable aux Medecins vulgaires.

Chapitre XI.

MAis parce qu'ils trouuent plus doux d'entendre l'vnité qui n'a point de pere, & le nombre duel, & que d'vne autre façon l'vnité est la forme de toutes choses, & le nombre de deux la matiere infinie, par aprés, la Trinité est vne harmonie accomplie, & vn parfait nombre, & le premier, ou solide, ou plain. Car ils disent tout ce qui leur vient à la bouche, ils appellent quelque nombre Minerue, vn autre Diane, vn autre Appollon. De mesme donc que nous n'ignorons pas cela, ainsi nous méprisons de le dire, parce que nous ne pouuons apporter aucune veritable demonstration pour prouuer doctement ces opinions, & i'ay monstré fort souuent à mes amis que celuy qui se sert de ces discours inutils, peut indifferemment blamer, ou loüer tel nombre qu'il voudra: car leur stupidité est si grande, que quand ils parlent de la sepmaine, ou de quelque autre nombre, ils ne se contentent pas seulement de ces sottises, mais encore ils adioustent que les pleiades sont sept, & que l'vne & l'autre Ourse est de sept estoiles. Ils se souuienent mesme de Thebes qui auoit sept portes. Cela ne fait rien à nostre propos, qu'il y ait sept pleiades, que Dion ayant mal de costé souffrit au septiéme le iugement de

ſpectat, ſi Pleiades ſeptem ſint, Dionem laterali morbo laborantem ſeptimo die de morbo iudicium ſuſtinuiſſe? Etenim aliàs nono, aliàs decimo die criſim habuit. Quid autem ſimilitudinis eſt, ſi ſeptem Nili oſtia, Theonem pulmonis vitio ægrotantem, ſeptimo die ad criſim perueniſſe? nam aliquando quarto, interdum quinto morbi finem accepit. Verùm vt in aliis omnibus duplex vitij cuiuſque ac prauitatis natura eſt, exceſſus & defectus, ita hic quoque nonnulli veritatem de ſeptimana dicere conantes, prorſus auerſantur: quippe qui ſermonem quemlibet ſummo odio proſequuntur. Nonnulli in tantam nugacitatem incidunt, vt etiam ea quæ ad rem nihil pertinent commemorent: Vtrique, inquiunt, Vrſæ ſeptem ſtellæ ſunt. Primum ſanè verum non eſt, ſed hoc extremam eorum inſcitiam coarguit. Eſto iam verum, ſed neque Bootes, neque per ipſas Vrſas Draco ſeptem ſtellas obtinet. Pari modo nec Corona, nec Ophiucus, nec Cancer, vel Leo, nec omnino vllu ex duodecim ſignis, in quibus planetæ feruntur: etſi illa terrena exornare atque etiam diſponere non aſtronomis modo: ſed etiam philoſophis clariſſimis in confeſſo habetur. *Quamobrem nec recipiendi ſunt nugatores*, nec cogendi qui huiuſmodi ſpeculationem ſemper refugiunt.

ſon mal, par vne autre-fois il eut la criſe au neufiéme, vne autre au dixiéme. Car qu'elle connexion y a-il, s'il y a ſept fleuues qui ſortent du Nil, que Theon malade du poulmon paruienne au ſeptiéme à la criſe, car cette maladie ſe termine quelque fois au quatriéme, quelque-fois au cinquiéme; mais comme dans toutes choſes le propre de tout vice, & erreur c'eſt l'excez, ou le deffaut, ainſi quelques-vns eſtabliſſants la verité de la ſepmaine, ſont tout à fait cõtraires, parce qu'ils haïſſent grandement tout diſcours. Quelques-vns tombent dans vne ſi lourde ſottiſe, qu'ils diſent tout ce qui n'eſt pas à propos, & les vns, & les autres, aſſeurent que les Ourſes ſont ſept: Premierement, cela eſt tres-faux, ce qui fait voir aſſez leur ignorance; & quand cela ſeroit, ny Boote, ny le Dragon par ſes Ourſes, ne poſſedent pas ſept eſtoiles. Ainſi ny l'Orione, ny Ophiucus, ny le Cancer, ny le Lion, ny aucun des douze Signes du Zodiaque, dans leſquels les Planettes paſſent: bien que non ſeulement les Aſtronomes, mais encore les Philoſophes confeſſent qu'ils embelliſſent, & diſpoſent les choſes terreſtres; c'eſt pourquoy il faut reietter ces broüillons, & ne contraindre pas les aduerſaires de cette ſpeculation.

CAP. XII.

AME itaque veritatem ipsam, quantum homini licet, inuentam esse puto, quam quidem & Hippocrates prius cognouerat, sicut & præscriptis verbis indicauit. *Vulgare autem medicorum genus præ segnitie eam subticuit.* Enimuero nec aliud quippiam ab Hippocrate frustra scriptum inuenio, nec illud, quòd vlla computatio totis diebus fieri nequit. *Atque principium non Astronomis tantùm, vel naturalibus philosophis, sed agricolis quoque & nautis, hominibúsque omnibus receptum assumens: Lunam videlicet terrestrem plagam veluti principem quendam magni regis Solis immutare: huius circuitus dies decretorios sequi demonstrauimus*: ad hæc coincidentium dierum causas indicauimus: item, cur tres septimanas ad vigesimum, non ad vigesimum primum potius Hippocrates voluerit deducere. Cæterùm his demonstratis nullum adhuc negotium est, quare primam septimanam à secunda separet, hanc autem tertiæ coniungat, inuenire. Neque enim secundam primæ, crisi ad vigesimumquartum diem perueniente, coniungere ratio postulabat: neque tertiam à secunda remouere, qùum vigesimus magis, quàm vigesimusprimus indicia excipiat. Quoniam vero inter septi-

Chapitre XII.

IE croy donc auoir trouué la verité autant qu'il est possible à vn homme, laquelle à la verité Hippocrate n'auoit pas ignoré, comme on peut voir par ses paroles susdites. Mais les Medecins vulgaires par paresse & nonchalance, l'auoient tenuë cachée. Ie n'ay iamais rien trouué de superflus dans Hippocrate, n'y par consequent cecy, qu'aucune supputation ne se peut faire par iours entiers, puis que c'est vn principe receu, non seulemẽt des Astronomes, ou des Physiciens; mais encore des nautonniers, des laboureurs, & de tous les hommes que la Lune change les choses terrestres comme vne grande Princesse du grand Roy des Astres: Nous auons monstré que les iours critiques suiuent ses circuits, nous auons fait voir les causes des coincidens, & enfin, pourquoy Hippocrate à plûtost reduit trois sepmaines au vingtiéme, qu'au vingt vniesme; cela estant posé, il n'y a aucune difficulté à trouuer la raison pourquoy il separe la premiere sepmaine, de la seconde, & qu'il ioint celle-cy à la troisiéme: car la raison ne demãdoit pas de ioindre la seconde à la premiere, la crise arriuant iusqu'au vingt-quatriéme, n'y de separer la troisiéme de la seconde, puis que le vingtiéme donne plus souuent les iugements, que le vingtvniéme. Or parce qu'entre les sepmaines, il n'y a que les deux premieres

manas ipsas duæ solum primæ separantur, tertia copulatur: perspicuum est quaterniones quoque nonnullos, necessario coniungi, alios separari. Itaque secundus tertio & primus coniungentur, quòd vnius septimanæ primæ bifariam diuisæ particula vterque sit. Tertius à secundo disiungetur, quoniam & septimana secunda à priore separata est. Tertius autem quarto copulatur, quoniã secundæ septimanæ vterque particula est. Hic itaque rursum quartus propter tertiam septimanam secundæ coniunctam, quinto copulabitur. Adiungetur etiam sextus quaternio quinto, in decimoseptimo die: tanquã tertiæ septimanæ pars vterque existens.

mieres qui sont separées, & la troisiéme vnie, il est tres-éuident que quelques quartiers doiuent estre vnis necessairement, & quelques-vns separez; c'est pourquoy le second tiers, & le premier, se ioindront, parce qu'ils font l'vn & l'autre vne partie d'vne sepmaine diuisée en deux. Le troisiéme sera separé du second, parce que la seconde sepmaine est separée de la premiere, le troisiéme est vni au quatriéme, parce qu'ils font vne partie de la seconde sepmaine, & ce quatriéme encore sera ioint au cinquiéme, à cause que la troisiéme sepmaine est iointe à la seconde, & le cinquiéme enfin, au sixiéme dans le dix-septiéme, comme estant tous deux vne partie de la troisiéme sepmaine.

CAP. XIII.

QVapropter ad bonam victus rationem instituendam vtilissima est iudicij temporis prænotio. *Num verò acutum, vel diuturnum, vel alio modo morbum nominare conueniat*, qui vigesimo die, verbi gratia, finiendus est, id nihil ægro præsidij affert. Potest enim quispiam ne locutus quidem, imò qui nec prorsus cogitauerit, quinam ipse vocandus sit, probum victus modum ægro instituere, modo nihil ex aliis prætererit, quæ huc conferre videntur. *Iam sanè veritatem simul & vtilitatem exposui: atque sophistarum cauillos diluere desinam, si*

Chapitre XIII.

C'est pourquoy la preuoyance des iours critiques est tres-vtile, pour ordonner vn bon regime de viure, mais de sçauoir s'il faut appeller la maladie, aigüe, ou longue celle, par exemple, qui doit finir au vingtiéme, cela n'apporte aucun soulagement au malade. Car vne personne qui n'aura iamais parlé, n'y mesme songé comme elle se doit appeller, peut ordonner vn bon regime de viure, pourueu qu'il n'ait rien oublié de necessaire de ce qui s'est passé. I'ay assez maintenant fait paroistre la verité, & l'vtilité tout ensemble, & cesseray de résoudre les tromperies des Sophistes, ayant auparauant fait voir com-

prius ostendero, quantum plerique medici ea quæ conueniant, ignorent. Putant enim acutum vocari morbum de quo celeriter iudicium est: contrarium huius, diuturnum. At veritas non ita habet: est siquidem morbus breui tempore compræhensus, non tamen omnino acutus. Huic contrarius est diuturnus. Acuto alia morbi natura nullum proprium nomen sortita opposita est, ídque merito euenit. Nam acuti morbi propter velocitatem periculosi, vt Archigenes describebat: vt autem Hippocrates, cum febre continua eueniens accidens necessario erit, vt celeriter ad crisim perueniat: etenim ex motus specie acutus nuncupatur. Quiescendum verò ei celerrime, vt qui ad proprium finem properet: nam idem est celeriter moueri, ac ad terminum confluere. Erit iam omnino brachychronius, quasi exigui temporis dicas. Aliàs tamen atque aliàs acutus, & exigui temporis dicetur: nam propter motus celeritatem acutus: quòd verò diu morari cum eo qui celeriter mouetur, non potest, brachychronius appellabitur. At natura alia morbi ei coniuncta est, multæ siquidem febres diariæ ex frigore quodam, vel adustione partium exteriorum, vel labore breui, vel vigilia, vel tristitia, vel ebrietate, vel ira, vel id genus similibus prouc-

bien plusieurs Medecins ignorent les choses qu'ils doiuent sçauoir. Car ils estiment qu'il faut appeller maladie aigüe, celle dont le iugement se fait bien-tost, & la longue, au contraire. Mais ce n'est pas la verité, car vne maladie de peu de iours n'est pas pourtant tout à fait aiguë, la longue au contraire, l'aiguë d'vne autre nature, & son opposée n'a pas encore receu de nom, & cela n'est pas arriué sans suiet. Car les maladies aiguës sont dangereuses à cause de leur vitesse, comme écriuoit Archigenes: & comme dit Hippocrate, il faut necessairement qu'arriuant auec vne fiévre continuë, il arriue bien-tost à la crise, car elle s'appelle aiguë de l'espece du mouuement. Il faut qu'elle s'arreste bien-tost, puis qu'il court à sa propre fin, car c'est la mesme chose de se mouuoir vitement, & de se porter à son terme: Elle sera donc courte, & de peu de durée, on l'appellera pourtant vne fois courte, & vne autre aigue, car elle est aigüe à cause de la vitesse du mouuement, & courte, parce qu'elle ne peut pas durer long-temps, mais elle a vne autre sorte de maladie qui luy est iointe, car plusieurs fiévres d'vn iour luy suruiennent de quelque froid, ou inflamatiō des parties exterieures, ou de quelque court trauail, ou de veille, ou de tristesse, ou d'yurognerie, ou de cholere, ou de quelque autre chose semblable, qui sont toutes ensemble & courtes, & legeres, & sans au-

niunt, paruæ ſimul & breues, & periculis prorſus vacuæ. Atque nemo has vel idiota, vel medicus, acutum morbum vocare conſueuit. Itaque acutus à longi temporis morbo clare his ipſis diſtinctus eſt: tardus cum longo confuſus eſt, atque non eandem motionem obtinet: ſiquidem acutus tardo, breuis longo oppoſitus eſt. Omnis ergo acutus planè exigui temporis morbus eſt, & omnis diuturnus neceſſario tardus. Non tamen ſi breuis temporis, acutus ſtatim eſt: neque ſi tardus, longi temporis. Proinde ex tali immutatione non admodum manifeſta, complures medicos non appellationes tantum, ſed rerum quoque ipſarum dignotiones confuderunt, perturbarúntque.

cun danger, que perſonne ny idiot, ny Medecin, n'oſeroit appeller aigüe; c'eſt pourquoy la maladie aigue doit eſtre diſtinguée des longues, la tardiue eſt confonduë auec la longue, quoy qu'elle n'ayt pas la meſme criſe, car l'aigüe eſt oppoſée à la tardiue, & la courte à la longue, toute aigüe donc eſt veritablement de peu de durée, & toute longue, tardiue. Mais ſi elle eſt courte, elle n'eſt pas pourtant pour cela aigüe, n'y ſi elle eſt tardiue, n'eſt pas longue; ainſi pluſieurs Medecins ont cōfondu non ſeulement leurs noms, mais encore leurs notions, à cauſe de ce changement preſque imperceptible.

FINIS.

MEDICIS VVLGARIBVS.

EPIGRAMMA.

SI quæ inſit virtus animis, ſi Zelus honoris,
O medici, vires nunc renouare iuuat:
Iure DAMASCENVS medica vos dicit in arte
Ignaros, criſis nec reputare dies:
Oppreſſam ſi neſcitis deffendere cauſam,
Expertum eſſe hoſtem dicite, vosque minus:
Dicite quam funeſtum; artem exercere medendi
Indoctum; & quonam iure necare licet:
Doctoris, vile eſt vobis, laudabile nomen,
Qui vitam eripitis, dum rapiuntur opes.

A. DE LIONE.

AD INTERPRETEM FLAGELLI
EPIGRAMMA.
EX NOMINIS DAMASCENI ÆTHIMOLOGIA.

E *Medico Chiron radiat modo ſidus olympo,*
Arcipotenſque manu tela flagella vibrat;
E *Medico ſidus toto ſplendeſcis in orbe,*
In medicos orbis tela, flagella vibrans.
Inde DAMASCENVS *Græcis à voce* DAMAZO,
Hæbræis fuſo ſanguine nomen habes:
Inde DAMASCENVM *latius te ſermo vocauit,*
N*amque domas cænum terrea corda docens,*
Terrea corda docens, cœlos aſſurgere flagro,
Tartareos medicos efficis æthereos.

N. DE FARGVES.

